



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Quibus locis dispersi sunt. Cap. .II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

HAYMO DE CHRISTIA,  
QVIBVS LOCIS DISPERSI  
sunt apostoli post diuisionem.

Caput .II.

**O**rigenes in explanatiōe Genesis: Thomas sōt  
titur Parthos, Marthęs Aethiopiam, Bartho  
lomaeus Indiam citeriorem, Iohannes Asiam,  
Andreas Scythiam, Petrus Pontum, Galatiam, Bithy  
niam, Cappadociā. Paulus ab Hierosolymis vīsq; ad  
Illyricum, euangelio Christi cunctos repleteuit, alijs ve  
ro vel per hæc, vel per alia loca, secundum qđ spiritus  
sanctus voluit dimittuntur, sicut propria eorum ge  
stā habent. De quibus fortasse ideo tacuit Origenes,  
quia vita & actus eorum minus autentici sunt, vel ab  
hæreticis & impostoribus conscripti. Petrus itaq; prē  
dicationis suæ monimenta reliquit, duas scripsit epi  
stolas, similiter & Iacobus frater domini vnā, Iohan  
nes vero tres: Iudas qui & Tatthæus, vnam. Paulus  
quatuordecim scribit. De illa tñ quæ est ad Hebr̄eos,  
quandoq; apud Latinos dubitatum est.

DE EPISTOLA PAVLI AD  
Hebræos. Cap. III.

Clemens Alexandrinus in libro  
reformationum.

**L**icit manifesta sint Pauli apostoli scripta, non  
nulli tamen de epistola ad Hebræos dubitant.  
Sed sciendum, qđ à Paulo scripta est in Hebræo  
sermone tanq; Hebreis, à Luca vero eius discipulo in  
terpretata in Græcum. Vnde & stylus eius magis vi  
detur similis libello illi, quem idem Lucas de actibus